





VIRO
 ADMODVM VENERANDO CLARISSIMO
 DOCTISSIMOQVE
 D O M I N O
**CAROLO CHRISTIANO
 WITTICHIO**

AD TEMPLVM ARCI CIZENSI CONTIGVVM CATECHETAE
 ORDINATO

FAVTO RI ET AMICO AESTV MATISSIMO

**SVM MOS IN PHILOSOPHIA HONORES AB
 INCLVTO SAPIENTVM ORDINE**

A. d. XVII. Octobris AN. R. O. MDCCXXX.

WITTEBERGAE RITE IMPETRATOS
 HONORIS ET AMORIS ERGO

ADPLAVDENS GRATV LATVR

HENRICVS SAMVEL THIEMEVS
 NVMBV RGENSIS S. S. Theol. cultor.

LIPSIAE,
 ANNO MDCCXXX.





HORATIUS lib. III. Oda III. g.

Doctrina sed vim promouet insitam:

Rectique cultus pectora roborant,



Mihi dilectos inter pars prima sodales,
O mihi Theſea pectora iuncta fide!
Suavis amice, mihi quo non eſt carior alter,
Pars deſiderii maxima paene mei!
TE mea Muſa vocat multis mihi cognite ab annis,
WITTICHI, ſemper quem meminiffe iuuat.
Contigit, vt patria nos tellus gigneret vna,
Numburgi, ſimul & iungeret vna ſchola.

Contigit, vt caperent aequalia dogmata mentes
Iunclim, & Caſtalis imbuerentur aquis,
Temporis iſtius colui TVA facta probata,
Et manſit nobis firmior inde fides.
Nomino memet ego nunc terque quaterque beatum,
Tempora quod TECUM fata dederet mihi.
Auribus hic nil do, nil inconſultus amori,
Res etenim dictum comprobat ipſa metum.

Ipse ego praeclaros adpexi pectoris auns,
Et nequeo studium dissimulare TVVM.
Scilicet Eusebie purae pietatis amorem,
Et raras dotes ingeniumque dedit.
Vt TVA mens viridi Sophiam perambabat ab aeno,
Atque laboris erat nocte dieque tenax:
Subdere sic stimulos focis feruore solebas,
Aequarent vt TE sedulitate pari.
Quum tibi iam puero caelestia sacra placerent,
Inque Dei sanctum pertraheris opus:
Ambitio fecit scite tentata per artes,
Vt nullum maius viribus esset onus.
Scilicet Aoniae cor vbi cepere sorores,
Irrita flexanimis tela Cupido quatit.
Patria quod coepit, perfecit Lipsica tellus,
Suggeffitque animo quaelibet ampla TVO.
TV veterum digne lultrastris scripta virorum,
Et TVA Mula sagax proxima iunxit eis.
Rectius vt noris quae sint commercia, summus
Instituit quae cum vatibus ipse Deus:
Non labiis primis gustasti scripta sacrata,
Hautu sed pleno mens recreata fuit.
Quid mirum, varias quod linguis ore loquaris,
Editus haud vno sic videare loco?
Naso, Maenonide, quare mysteria celas,
Salahidaeque pii perflida posteritas?
Dic, quae so, tumidis verbis cur, Galle, superbis?
Num tua iudicio littera rura suo est?
Terra ferax quum sit Germanica WITTICHIORVM,
Queis ducibus, deimto regmine, cuncta patent.
Heu quanto melior fors est TVA forte virorum,
Fontibus ex aliis qui sua prata rigant.
Hinc TE suspiciunt maiores atque minores,
Et plaudunt, produnt gaudia voce TIBL
Hinc Sophia, Eusebie tribuunt, quae dona merentur
Ingenii, solidae cognitionis opes.

Quae pietas, vitae candor, doctrina, fidesque;
Cunctaque, quae iam non arcta pagella capit,
Hinc Phoeba TIBI merito nunc laurea cedit,
Et capis ingenio digna brabea TVO.
Purpuream grator, quam Pallas culta Tiaram
Contulit, vt meritis iam bene cedat honos,
Gratulor atque togam, qua TE dignatur honora
Eusebie, quae TE sub sua templa vocat.
Gratulor atque mihi, quod me coniungis amicis
In paucis, quorum tresue duosue notas.
Numinis auspiciis es praeficiendus ouili,
Cuius turba tuo vulnere Christe, valet.
Det Deus, vt cures gregis & tuare salutem,
Ex TIBI commisis perditâ ne sit ovis,



78 M 496

ULB Halle 3
001 618 148



TA-506
K118
1017





VIRO
 ADMODVM VENERANDO CLARISSIMO
 DOCTISSIMOQVE
 D O M I N O
 CAROLO CHRISTIANO
 WITTICHIO

... I CIZENSI CONTIGVVM CATECHETAE
 ORDINATO

... T AMICO AESTVMATISSIMO

... ILOSOPHIA HONORES AB
 SAPIENTVM ORDINE

... Octobris AN. R. O. MDCCXXX.

... GAE RITE IMPETRATOS

... IS ET AMORIS ERGO

... LAVDENS GRATVLATVR

... SAMVEL THIEMEVS

... GENSIS S. S. Theol. cultor.

... LIPSIAE,

... NO MDCCXXX.

90.

